



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum omnis actus sit indifferens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

aliquis de aliquo agendo, ut patet in eo qui purat fornicationem non esse peccatū, uel etiā in eo qui non habet usum rōnis. Et talis defectus ex parte intellectus proueniens diminuit culpam, uel totaliter excusat. Aliquā autem non est defectus ex parte ipsius intellectus, sed magis ex parte uoluntatis. Quas. n. est unusquisque, talis & finis uidetur ei, ut dicitur 3. Ethic. Experimento. n. cognoscimus, quod aliter tibi nobis bonū aliquid, uel malum circa ea, quae amamus, & ea quae odimus. Et ideo cum aliquis est inordinate affectus ad aliquid, impeditur iudicium intellectus in particulari eligibili ex inordinata affectione. Et sic principaliter uitium est, non in cognitione, sed in affectione. Et ideo qui sic peccat, non dicitur ex igno- rantia peccare, sed ignorans, ut dicitur in tertio Ethico.

ARTICVLVS IIII.

Utrum omnis actus sit indifferens.

Quarto quaeritur, utrum omnis actus sit indifferens. Et uidetur quod sic. Dicit enim Anselm. in libr. de Conceptu uirginali. In horum, id est, actuum essen- tia nulla est iniustitia, & eadem ratione nulla iniusti- tia: Sed ille actus dicitur indifferens in quo neque est iniustitia neque iniustitia. ergo omnes actus sunt indifferentes.

¶ 1. Præ. quod est secundum se bonum, non potest esse malum: quia quod per se inest alicui, inest ei ex necessitate. sed non est aliquis actus qui non possit male fieri, etiam hoc ipsum quod est Deum dilige- re, ut patet in eo qui diligit Deum propter tempo- ralia. ergo nullus actus est secundum se bonus, & pa- ri ratione neque secundum se malus. Omnis ergo ac- tus secundum se est indifferens.

¶ 2. Præ. Cum bonū & ens conuertantur, ab eodē habet aliquid quod sit bonum, & quod sit ens, sed actus habet esse morale a uoluntate: si enim non sit uolū- tarius non est actus moralis. ergo & bonitatem mo- ralem & malitiam habet a uoluntate, ergo secundū se neque est bonus neque malus, sed indifferens. Sed dicendum, quod licet actus habeat, quod sit moralis in quantum est uoluntarius, quod est quoddam cō- mune: tamen hoc speciale, quod est esse bonū uel esse malum, habet secundum se.

¶ 3. Sed cōtra, bonū & malū sunt differentia actuum moralium: sed differentia per se diuidunt genus, & sic oportet quod non ad aliud referatur differentia quā genus. Si ergo hoc eōdē quod est esse morale habet ac- tus a uoluntate, ab eadem etiam uoluntate habebit quod sit bonus uel malus: & sic secundum se est indifferens.

¶ 4. Præ. Actus moralis dicitur bonus, in quantum est debi- tus circumstantiis uestitis, malus autē in quantum uesti- tus indebitis circumstantiis: sed circumstantia cum sint accidentia actus, sunt præter spem ipsius. cū ergo illud dicatur alicui secundum se conuenire, quod eō- uenit ei secundum suam speciem, uidetur quod actus secundū se nec sit bonus nec malus, sed indifferens.

¶ 5. Præ. Sicut album & nigrum inuenitur in eadem spe hominis, ita bonum, & malum in eadem specie actus. Non enim differt specie accedere ad suam, & non ad suā, quod ex effectu apparet, utrobique enim nascitur homo: & tamen unum eorum est bonum aliud malum, sed album, & nigrum non per se con- ueniunt homini. ergo neque bonum & malum per se conueniunt actui, & ita omnis actus secundum se consideratus est indifferens.

¶ 6. Præ. Ea quae per se insunt, non uariantur circa ali- quid idem numero, sicut non est idem numerus par & impar, sed unum & eundem actum numero

A contingit esse bonum & malum: est enim vnus nu- mero actus qui est continuus. In actu autem conti- nuato contingit primo bonum, & postea malum inueniri, aut econuerso: puta si aliquis incipiat ire ad ecclesiam ex mala intentione, & in processu iti- neris conuertatur eius intentio in bonum. ergo bo- num & malum non per se conueniunt actui, & ita quilibet actus de se est indifferens.

¶ 7. Præ. Malū in quantum malū, est non ens: sed non ens non potest esse de substantia alicuius entis. ergo cū actus sit quoddam ens, non potest aliquis actus secundum se esse malus, & per consequens nec bonus: quia bonus actus malo cōtra- riatur: cōtraria autem sunt vnus generis, ergo idē quod prius.

¶ 8. Præ. Actus bonus dicitur uel malus, ex ordine ad fi- nē: sed actus non accipit speciem a fine, quia sic quoscū- que actus contingeret esse eiusdem speciei, cū diuersos actus ad vnū finē ordinari cōtingat. ergo malum & bonū non pertinet ad speciem actus, & sic actus secundum se cōsiderati nec sunt boni nec mali: sed indifferentes.

¶ 9. Præ. Bonum & malum non solum in actibus inueniuntur, sed etiam in alijs rebus: in alijs autem non diuersificant speciem. ergo neque in actibus, & sic actus secundum se non sunt boni nec mali.

¶ 10. Præ. Actus morales boni, dicuntur actus uirtuo- si: actus autē mali, actus uitiiosi: uirtus autē & uitium sunt in genere habitus. ergo quod actus sit bonus uel malus, hēt ex alio genere, & non secundum se ipsum.

¶ 11. Præ. Prius non dependet a proprietatibus poste- rioris: sed actus est prior naturaliter, quam moralis, quia omnis actus moralis est actus, sed non cōuertitur. Cū ergo bonū & malū sint proprietates moris, non secundum se cōueniunt actui in quantum est actus.

¶ 12. Præ. Quod naturaliter est tale, semper & ubique tale est: sed iusta & bona non semper & ubique: talia sunt: quaedam nisi iustum est fieri in vno loco ac tpe, quod non est iustum fieri in alio. Nihil est ergo naturaliter iustum aut bonum, & per consequens neque iniustum aut ma- lum. ergo omnis actus secundum se est indifferens.

SED CONTRA, est quod Ang. dicit in lib. de Sermo- ne Domini in monte, quod quaedam sunt quae non pos- sunt bono animo fieri, sicut sunt stupra, blasphemie, & huiusmodi, de quibus nobis iudicare permit- titur. Non ergo omnes actus sunt indifferentes.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc apud antiquos Doctores fuit diuersa opinio. Quidam enim dixe- runt omnes actus de se esse indifferentes, quod alij negauerunt dicentes, quosdam actus esse per se bo- nos, & quosdam per se malos. Ad huius autem veri- tatis investigationem cōsiderandum est, quod bonū importat quandā perfectionem, cuius perfectionis priuatio malum est, ut utamur large nomine perfe- ctionis, secundum quod in se comprehendit conueni- tem mensuram, & formam & ordinem. unde Aug. in lib. de Natura boni constituit rationem boni in modo, specie, & ordine, & in horum priuatione ra- tionem mali. Manifestū est autē quod non est eadē perfe- ctio propria omnium, sed diuersa diuersorum, siue accipiatur diuersitas quae est inter diuersas species, ut inter equū & bouem, quorum est diuersa perfectio: siue inter genus & speciem, ut inter animal & hominē, aliqd. n. pertinet ad perfectionem hominis, quod non pertinet ad perfectionem animalis. unde aliter oportet accipere bonū animalis, & bonum hominis, equi & bouis: & idem di- cendum est de malo. Manifestum est. n. quod non habe- re manus in homine est malum, non autem in equo aut boue, aut et in animali in quantum est animal. & simili- ter dicendum est in actibus de bono & malo. Nam alia

Lib. 2. ca. 11. pars 1. prin. com. 4.

Cap. 26. & 27. com. 6.

alia est consideratio boni & mali in actu secundum
 q̄ est actus, & in diuersis specialibus actibus. Nam si
 consideremus actum in quantum est actus, bonitas
 eius est, ut sit quaedam emanatio secundum virtutē
 agentis. Et ideo secundum diuersitatem agentium,
 diuersimode accipitur bonū & malū in actibus. In
 rebus autem naturalibus, actus bonus est qui est se-
 cundum cōuenientiā naturę agentis: malus autem
 qui non conuenit naturę agentis. Et sic cōtingit de
 vno, & eodem actu diuersimode iudicari, secundum
 comparationem ad diuersa agentia. Nā hoc quod
 est moueri sursum, si cōparetur ad ignē, est bonus
 actus, quia est ei naturalis: si autem comparetur ad
 terram, est malus actus, quia est contra naturā eius:
 si vero comparetur ad corpus mobile in commu-
 ni, non habet rationem nec boni nec mali: Loqui-
 mur autem nunc de actibus hominis: unde bonum
 & malum in actibus secundum q̄ nunc loquimur,
 est accipiendum secundū id, quod est propriū ho-
 minis in quantum est homo. hæc autē est ratio, unde
 bonum & malum in actibus humanis consideratur,
 secundum q̄ actus concordat rationi informatę le-
 ge diuina, vel naturaliter, vel per doctrinā, vel p̄ in-
 fūtionem. unde Dion. ait. 4. e. de diu. nom. q̄ animā
 malum est præter rationem esse: corpori præter na-
 turam. Sic ergo, si esse secundum vel præter rationē
 pertinet ad speciem actus humani, oportet dicere
 q̄ aliqui actus humani sint secundum se boni, & ali-
 qui secundum se mali. Dicimus enim per se conue-
 nire alicui, non solum quod conuenit ei ratione sui
 generis, sed etiam quod conuenit ei ratione suę spe-
 cie: sicut rationale & irrationale per se insunt ani-
 malibus ratione suarum specierum: licet non ratio-
 ne huius generis quod est animal, non enim animal
 in quantum est animal, est rationale vel irrationale.
 Si vero esse præter rationem, vel secundum ratio-
 nem non pertinet ad speciem actus humani, sequi-
 tur q̄ actus humani per se nec boni nec mali sint,
 sed indifferentes, sicut homines per se nec albi nec
 nigri sunt, hoc est ergo ex quo veritas huius quæ-
 stionis dependet. Ad cuius euidentiā consideran-
 dum est, q̄ cum actus recipiat speciem ab obiecto
 secundum aliquam rationem obiecti, specificabi-
 tur actus comparatus ad vnum actuum principii,
 secundum quam rationem non specificabitur com-
 paratus ad aliud. Cognoscere, n. colorē, & cogno-
 scere sonū sunt diuersi actus s̄m species, si ad sensū
 referantur, quia hæc s̄m se sensibilia sunt, non autē si
 referantur ad intellectum: quia ab intellectu cōpre-
 henduntur sub vna cōmuni rōne obiecti. f. entis aut
 veri. Et similiter sentire album & nigrū differt spe-
 cie, si referatur ad visum, nō si referatur ad gustū. Ex
 quo p̄t accipi q̄ actus cuiuslibet potentie specificat-
 ur secundum id, quod per se pertinet ad illā po-
 tentiā, nō autē secundū id quod pertinet ad eā solū
 per accidēs. si ergo obiecta humanorū actuum cōsi-
 derentur quæ habeat differētias s̄m aliquid per se ad
 rationem pertines, erūt actus specie differētes, s̄m
 q̄ sunt actus rationis, licet nō sint specie differētes,
 s̄m q̄ sunt actus alicuius alterius potentie: sicut co-
 gnoscere mulierē suam, & cognoscere mulierē nō
 suā, sunt actus habentes obiecta differētia s̄m aliqd
 ad rationem pertinens, nam suum & non suum de-
 terminantur s̄m regulam rationis: quæ tamē diffe-
 rētia per accidēs se habet, si comparentur ad vim
 generatiuam, vel etiam ad vim concupiscibilem. Et
 ideo cognoscere suā, & cognoscere non suam, spe-

cie differunt secundū q̄ sunt actus rationis: non
 tē s̄m q̄ sunt actus generatiuæ, aut concupiscibilis.
 In tantum autē sunt actus humani, in quantum sunt
 actus rōnis. Sic ergo patet quod differunt specie,
 quātū sunt actus humani, patet ergo q̄ actus huma-
 ni ex sp̄ sua habēt, q̄ sint boni uel mali. Et ideo
 p̄liciter dicēdū est, actus aliquos humanos esse
 dū se bonos uel malos, & non oēs esse indiffe-
 res: nisi forte secundum q̄ considerantur in suo
 nere tñ. Sicut enim dicitur q̄ animal in quantum est
 animal, neque rationale neq; irrationale est: ita
 reſt dici q̄ actus humanus, & ulterius, actus huius
 dum habet rōnē boni uel mali moralis, nisi aliquo
 addatur ad sp̄m contrahens: licet etiā ex hoc p̄
 q̄ est actus humanus, & ulterius, actus huius
 habeat aliquā rōnē boni, sed nō huius boni mora-
 lis. qd̄ est secundū rōnē esse, de quo nunc agimus.
 AD PRIMVM ergo dicendum, quod Ansel. loquitur
 de actibus secundum rationem generis, & non
 secundum rationem speciei.
 AD SECVNDVM dicēdū, q̄ illud quod cōfessio
 sp̄m alicuius semper est ei. Cum ergo actus huius
 nis speciem consequatur ex ratione obiecti, secun-
 dū quam est bonus uel malus, actus sic specificatur
 in bono, nūquam potest esse malus, nec specificatus
 in malo unquā potest esse bonus. Contingit
 actus secundū se bono, adiūgi aliquem alium actum
 malū secundum aliquem ordinē. Et secundum illi
 actum malum bonus aliquando dicitur malitia-
 ri, non q̄ in se ip̄sō sit malus. Sicut dare elemosinā
 pauperi, uel diligere Deum est actus secundū se
 bonus: sed referre actum huiusmodi ad finem ali-
 quē inordinatum, scilicet cupiditatis, aut inanis glo-
 ria, est quidam alius actus malus; qui tamen duo
 actus quodam ordine in unum rediguntur. Boni
 autē ut Dion. dicit, est ex tota & integra causa: ma-
 lū autē ex singularibus defectibus. Et ideo quocunq;
 horum sit malum, siue actus, siue inordinatum
 in finē, totū iudicatur malū. Nō autē totū iudicatur
 nū, nisi utrūq; fuerit bonū: sicut nec iudicatur
 pulcher nisi omnia eius mēbra fuerint decorata.
 pis autē iudicatur, etiam si unum eius membrū
 rit deforme. Et inde est q̄ actus malus non potest
 bene fieri. Ex quo. n. actus malus est, non potest
 integrum bonū: sed actus bonus potest malum
 quia non requiritur quod sit integrum malum
 sufficit quod sit particulariter malum.
 AD TERTIVM dicendum, q̄ esse uoluntati per-
 tinet ad rationem actus humani, in quantum est actus
 humanus, unde quod odineſt ei in quantum est motus
 tarius, siue secundum genus siue secundum
 rentiam, non in seſt ei per accidēs, sed per se. Per
 patet solutio AD QUARTVM.
 AD QVINTVM dicēdū, q̄ circumstantie scilicet
 ad actus morales, sicut accidentia quæ sunt præter
 rōnē speciei ad res naturales. Actus autem moralis
 sicut dictum est, recipit speciem ab obiecto
 dum quod cōparatur ad rōnē. Et ideo dicitur
 quod actus quidam sunt boni uel mali ex genere
 quod actus bonus ex genere est actus cadens in
 debitā materiā, sicut pascere esurientem: actus
 malus ex genere est qui cadit supra indebitam ma-
 teriā, sicut subtrahere aliena: materia enim actus
 obiectum ipsius, sed supra hanc bonitatem uel
 litiam, potest superuenire alia bonitas uel malitia
 aliquo extrinseco, quod uocatur circumstantia
 ex loco uel tempore, aut condicione agentis
 huius

Cap. 4. p. 4.
 non remouet
 a dde.

huiusmodi, puta si subtrahat nō sua ex loco sacro, uel propter indigentiam, aut aliquid huiusmodi. Et licet huiusmodi bonitas, uel malitia, non per se cōueniat actui morali secundum quod in sua specie consideratur; aliqua tamen bonitas uel malitia cōuenit ei secundum suam speciem, quia sicut supra dictum est, secundum diuersas perfectiones est diuersa ratio bonitatis.

AD SEXTVM dicendū, q̄ in eadem sp̄e actus moralis potest esse bonū, & malū ex circūstātia: sicut in eadem specie hominis potest esse album, & nigrum: sed tñ actus qui secundum se sunt boni, differunt specie ab actibus qui sunt secundum se mali, prout sunt actus morales, licet forte non differant sp̄e prout sunt actus naturales, ut patet de his duobus actibus, cognoscere suā, & cognoscere nō suā.

AD SEPTIMVM dicendū, q̄ nihil prohibet aliqd esse idē numero secundum unum genus, quod tñ secundum aliud genus non solum numero, sed sp̄e differat: sicut si sit aliquod corpus continuum in vna parte album, & in alia parte nigrum, est unum numero in quantum est continuum: sed differat non solum numero, sed specie in quantum est coloratū. Et similiter, si in aliquo actu continuo, primo ferat intentio ad bonum, postea ad malum, sequitur q̄ sit unus actus numero secundum suā naturam: sed tñ differat specie, secundum q̄ est in genere moris, licet etiam dici possit, q̄ ille actus semper retinet, uel bonitatem, uel malitiam quam habet ex sua specie: licet possit circa eundem actum uariari intentionis actus secundum diuersos fines.

AD OCTAVVM dicendū, q̄ sicut in naturalibus priuatio consequitur aliquā formā, sicut ad formā aquae consequitur priuatio formae ignis: ita in moralibus ad positionem alicuius modi, uel speciei, uel ordinis, sequitur priuatio debiti modi, aut speciei, uel ordinis. Et ita ex eo quod possunt in actu inueniri, recipit actus speciem: sed ex priuatione consequente dicitur malus. Et sicut per se cōuenit aquae, non esse ignem, ita per se cōuenit tali actui, & secundum suam speciem esse malum.

AD NONVM dicendū, quod duplex est finis, proximus & remotus. Finis proximus actus idem est q̄ obiectum, & ab hoc recipit speciem: ex fine autē remoto non habet speciem, sed ordo ad talem finē est circūstantia actus.

AD X. dicendū, q̄ bonum habet rationē finis, unde finis in quantum huiusmodi, est obiectum uoluntatis. Et quia moralia a uoluntate dependent, inde est quod bonum, & malum in moralibus specie differunt, non autem sic est in aliis.

AD XI. dicendū, quod aliqui actus dicuntur uirtuosi uel uitiōsi, non solum ex hoc quod procedunt ex habitu uirtutis uel uitiōsi: sed quia sunt similes illis actibus qui a talibus habitibus procedunt. Vñ etiam aliquis antequam habeat uirtutem, operatur actū uirtuosum: aliter tñ postquam habet uirtutē. Nam antequā habeat uirtutem, operatur quidem iusta, sed non iuste: & casta, sed non caste: sed postquā habet uirtutē operatur iusta iuste, & casta caste ut patet p̄ Philosoph. 2. Ethic. Sic ergo patet quod triplex est gradus bonitatis & malitiae: i actibus moralibus, primo quidem secundum suum genus, & speciem, per cōparationem ad obiectum siue materiā. secundo ex circūstantia. tertio uero ex habitu informantē.

AD XII. dicendū, quod rō procedit de actu secundum rationem generis, ex qua non habet boni-

nitatem, uel malitiam moralem: habet tamē secundum speciem, sicut dictum est.

In corp. art.

AD 13. dicendū, q̄ iusta & bona possunt dupliciter considerari. vno modo formaliter, & sic semper & ubique sunt eadem: quia principia iuris quae sunt in naturali ratione non mutantur. alio modo materialiter, & sic nō sunt eadem iusta & bona ubique & apud oēs: sed oportet ea, lege determinari. Et hoc contingit propter mutabilitatem naturae humanae, & diuersas condiciones hominum & rerum, secundum diuersitatem locorum & temporum: sicut hoc semper est iustum quod in emptione & uenditione fiat commutatio secundum aequalitatem: sed pro mensura frumenti iustum est, ut in tali loco uel tempore tantum detur, & in alio loco uel tempore non tantum, sed plus uel minus.

ARTICVLVS V.

Utrum aliqui actus sint indifferentes.

QVINTO queritur, utrum aliqui actus sint indifferentes. Et uidetur q̄ non. Ens enim in quantum est ens, est bonum, enti autem oppositum non ens, bono uero malum: sed inter ens & non ens nihil est medium. ergo nec inter bonum & malum. Necessē est ergo omnes actus esse bonos uel malos, & nullum indifferentem. Sed dicendum, q̄ ens & bonum non conuertuntur in genere moris: sed in genere naturae. Et sic non oportet, q̄ bonum & malum in genere moris sint immediata.

¶ 2 Sed contra, maius bonum est bonum moris, q̄ bonum naturae. ergo maiorem habet oppositionē ad malum. Si ergo bonum naturae immediate opponitur malo, multo magis bonum moris.

¶ 3 Præ. Malum nō opponitur bono cōtrarie, q̄ malū nihil ponit, sed opponitur ei priuatiue. priuatiue autē opposita non habet mediū circa propriū susceptibile: propriū autē susceptibile boni & mali moralis est actus humanus. ergo omnis actus humanus est bonus uel malus, & nullus indifferentens.

¶ 4 Præ. Actus humanus est a uoluntate deliberata: uoluntas autē deliberata, semper agit p̄ finē. ergo oīs actus humanus est p̄ finē. Finis autē oīs aut est bonus, aut malus: q̄ autem est ad bonum est bonus: q̄ uero ad malum, est malus. ergo omnis actus humanus uel est bonus uel malus, & nullus indifferentens.

¶ 5 Præ. Omnis opatio humana uel est uti uel frui. Quicūq; aut utitur, aut recte utitur aut peruerse, qd̄ est abuti. Et similiter quicūq; fruitor, aut Deo fruitor, quod est bonū, aut creatura, quod est malū. ergo omnis actus humanus, uel est bonus, uel malus.

¶ 6 Præ. Ut Augustinus dicit in lib. 83. Questionū, In natura nullus actus est casualis: habet enim quilibet actus causas occultas, licet nobis ignotas: sed sicut est casualis in natura, ita uidetur esse indifferentens in moralibus, quod est præter intentionem boni uel mali. ergo nullus actus moralis est indifferentens.

¶ 7 Præ. Omnis actus procedens a uoluntate informata charitate, est meritorius: omnis uero actus procedens a uoluntate non informata charitate est demeritorius, quia omnes tenentur ad conformandū uoluntatem suam uoluntati diuinæ. præcipue quantum ad modum uolendi, ut ex charitate uelit quae uult, sicut & Deus, quod non potest obseruare qui charitatem non habet. ergo quilibet actus est meritorius uel demeritorius, & nullus est indifferentens.

¶ 8 Præ.